

ē paratum; Non potest mundus odisse uos: me autem odit.
 Quia ego testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala
 sunt; Uos ascendite ad diem festum hunc ego dum ascen-
 do ad diem festum istum quia meum tempus nondum im-
 pletum ē. haec cum dixisset ipse mansit in galilea. Ut autē
 ascenderunt fratres eius tunc & ipse ascendit ad diem festum
 nō manifeste sed quasi in occulto. Iudei ergo querebant eū
 in die festo & dicebant: Ubi ē ille? & murmur multus
 de eo erat in turba; quidam enim dicebant quia bonus est
 alii autē dicebant non sed seducit turbas; Nemo tamen
 palam loquebatur de illo propter motum iudeorum.
 Iam autē die festo mediante ascendit ih̄s in templū & do-
 cebat & mirabantur iudei dicentes: Quomodo hic literas
 scit cum nō didicerit respondit eis ih̄s & dixit: mea doc-
 trina nō ē mea sed eius qui misit me. Siquis uoluerit
 uoluntatē ei facere cognoscat de doctrina utrū ex dō-
 sit an ego a me ipso loquar. Quia semetipso loquitur
 gloriam propriam querit; Qui autē querit gloriā eius
 qui misit illum: hic uerax ē & iniustitia in illo nō ē.
 Nonne moyses dedit uōbis legem? & nemo ex uobis
 facit legem quid me queritis interficere? respondit
 turba & dixit: Demonium habes: quis te querit in-
 terficere? respondit ih̄s & dixit eis: Unum opus feci
 & omnes miramini; propter eam moyses dedit uobis
 circumcisionē non quia ex moyse ē sed ex patribus
 & in sabbato circumcidius hominē; Si circumcisione
 accipit homo in sabbato ut non soluat lex moysi mihi
 indignamini quia totum hominē sanum feci in sabbato
 nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium
 iudicate. Dicebant ergo quidam ex hierosolymis.